

**Legatio Marchionis Lavardini Romam, Ejusquè Cum  
Romano Pontifice Innocentio Undecimo Dissidium**

**Sfondrati, Celestino**

**[S.I.], 1688**

28. An Bulla Pontifica Legatos non liget, quia Personam Regis  
repræsentant?
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62944](#)

pro-  
bata  
ergo  
sien-  
; Pa-  
quod  
stum  
rant  
dicij  
for-  
Ro-  
vpe-  
nti-  
e li-  
ne-  
Sed  
ar-  
fu-  
deo  
b)  
ùm  
nud  
Vi-

XXVIII. Vigesimo quinto: Negat Leges, Bullasq; à Pontifice latas ad Principum Oratores, eorumquè domus, & viciniam, seu quarterium extendi posse.

(a) Legatum enim personam Principis, ejusque supremam, & independentem auctoritatem representare; ædes Legati, esse ædes Principis, nec proinde Pontificis legibus comprehendendi. Hac Lavardino comperta, & ideo nihil Innocentij Bullæ deferre potuisse.

R. Si hæc ita habent; ergo non solum Romæ Regiis Legatis jus Asyli & Quarterii, sed omnibus Principum Legatis, & in omnibus aulis competet, ac præfertim Parisiis Legato pontificis. Hic enim eadem ratione, quâ Lavardinus causari poterit: se pontificis supremam & independentem auctoritatem referre: ædes suas, ædes esse pontificis, nullisque Regiis Legibus subjacere, nec à Regiis satellitibus viciniam suam percurri posse. Quæ omnia si nec Parisiis, alibilocum habent, cur habeant Romæ?

an

(a) Folio. 13.

190 *De Abusū Franchitiarum*

an verò soli Galliæ Legati Principem suum repræsentant? Et si esse Gallia Legatum est legitimus titulus Asyla & Quarterium obtainendi, cur hoc tantum Romæ, & non alibi gentium? Certum igitur est omnium Principum Gentium què exemplo, Jus Asyli & Quarterii saltem extra proprias ædes, multoquè magis in tota vicinia Legatis Principum nec deberi, nec dari; malè igitur à Lavardino petitur titulo Legationis.

Taceo Lavardinum Legatum non esse, cùm, ut sæpè repetitum, non solius mittentis consensus Legatos faciat, sed etiam Principis, ad quem mittitur.

Taceo in nupera Innocentii Bulla non contineri Legem verè humanam, sed divinam & naturalem ( cui omnes non tantum Legati, sed etiam Principes subduntur ) videlicet: *Non invadendi, nec retinendi aliena domino invito.*

Taceo denique Legatos etiam agnitos, receptosquè multis ex causis remitti posse, præsertim cùm hostilia moluntur, alienam Jurisdictionem invadunt, aut

cipem  
Gallia &  
antum  
ertum  
tium.  
ii sal-  
e ma-  
m nec  
Lavar-  
ni au-  
n esse,  
s mit-  
etiam  
Bulla  
anam,  
omnes  
icipes  
dendi,  
agni-  
emitti  
intur,  
; aut  
nyasā  
invasā abstinere nolunt, cumq; Principi,  
ejusq; Ministris Justitiæ insultant, ut nu-  
per Layardinus.

XXIX. Vigesimo sexto: (a) Objicit possessionem immemorialem.

R. Hoc unicum est argumentum, quo decipi solent simplices, rerumq; ignari, & tamen instar aliorum plane vanissimum: imò tantum abest, præscriptio nem obtendi posse, ut potius hoc ipsum jus immunitatis & Asyli pro exemplo serviat rerum impræscriptibilium; adeò ut si in scholis Juris-Consultorum quæratur: *Quodnam sit parigma rerum, quæ nunquam præscriptæ sunt, & nunquam prescribi possint?* Respondere debeat: *Jus Asyli à Lavardino Romæ petitum;* in hoc enim uno omnes defectus præscri ptionis conveniunt.

Piget me ad ista devolvi, sed postquam Gallus hoc argumento uti voluit, in eoq; summam rei collocare, non possum silere. Nego ergo hoc jus Asyli à Gallis præscriptum esse, aut aliquando potuisse præscribi.

(a) Fol. 14.

Nam